Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Monasterij Melicensis.

Serenissimo principi dno ladislao pannonie
ac Bohemie regi dno suo Eneas episc
Tergestinus Salutem plurimam dicit Si que
iuvenis operam dare totique se bonis phere artibus
oportet. hunc esse te ladislae rex inclite. nemo
qui sapiat inficias ibit. Maximus namque regnis et
amplissimis principatibus postq tutele finiens annos
expectatus imperaturus. quibus nisi consumate
prudentie fueris diu dmari non poteris. Regna
iuvenis parent resistunt iuvenis. Sicut olim impe
ratoris ignaviam roma non tulit. Sic hodie regis
desidiam hungaria detestatur. Nulli magis q
regnanti opus est sapiencia. Quo pacto recte
gubernaverit alios. quem proprius subvertetur
error? Rex insipiens se perdit et populum. Sa
pienti in melius omnia redunt. per me inquit
sapiencia reges regnant. et legum conditores
iusta decernunt. Tu ergo dum puerum agis. et ru
natu grandior fueris. optimis te preceptis imbui
sines. Ad quas res provocare te quoq maiorum
tuorum exempla debebunt. qui romano imperio
rum maxima laude prefuerunt. paterni atq matrij
progenitores. Et qui te genuit dum atq indelende
memorie pater. Albertus. a quibus degenerare
fedissimum fuerit. Maiorum qui regna suscipit
ut iuvenes quoq suscipiat consentaneum
est. Succedis in nobilitate. Cura ut morum
simili modo successor fias. Nobilitas sanctis
vestita moribus. laudi datur. Nihil est nobile
quod vitiosum. Quis eum generosum dicet
hunc qui indignus genere est. et preclaro nomine
tanto insignis. Sane ut animalia muta quoq
laudatis orta parentibus. nemo generosa putat
nisi forcia. Sic homines appellari nobiles iure